



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 36. Pontifex Cruce signatorum abitum urget.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Hæc Bulla vigesima octava Septem- Sæcul. XIII.
bris data est. A. C. 1227.

§. XXXVI.

*Pontifex Cruce signatorum abitum
urget.*

Ad illum annum, videlicet reparatæ
salutis millesimum ducentesimum
vigesimum septimum, delapsi sumus, quo
Friderico Imperatori ad perficiendum
bellum Palæstinæ mare trajiciendum
fuerat, quod multoties promiserat.

Ut igitur Gregorius Papa ad susci- ^{I. ep. 142.}
piendam navigationem Principem ex. ^{Ras. n. 21.}
citaret, misit ad eum Galonum, Ordi- ^{Gen.}

nis Fratrum Prædicatorum virum cum
Epistola, cuius hoc est exordium: *Ad*
ostendendam viam ligni vitæ errantibus
in invio Mundi bujus posuit te Dominus
quasi Cberubin, & versatilem gladium.
Cum enim diligenti meditatione pensatur
ratio in te illuminata dono intelligen-
tiae naturalis, & imaginatio defæcata in
rei comprehensione sensibilis, qua quasi
versatilis una facie respicit rationem,
*alia naturam sensibilium intuetur *, in te * hæc con-*
virtus motiva manifeste conspicitur, qua structio in
possis inconveniens a convenienti distin-
*Fleurio
guere, & comprehensiva, qua facile va-*
leas convenientis & licitum obtainere do-
num. Tota Epistola, satis prolixa, hoc
omissa,
stilo

Sæcul. XIII. stilo concinnata est. Tumque diffun-
A.C. 1227. ditur in explicationem mysticam totius
 ornatus Imperialis, scilicet, Crucis, cui
 veræ Crucis particula erat inserta, &
 Lanceæ, uno clavo Passionis Dominicæ
 decoratæ, quæ ambæ Imperatori inter
 publicas preces cum populo procedenti
 præferebantur. Coronæ, quæ in Cœ-
 faris vertice fulgebat, Sceptri, quod ma-
 nu dextra, & Globi aurei, quem sinistra
 tenebat; in his omnibus latebant My-
 steria, etiam perfecta explicatione, quam
 adjungit Epistola, adhuc captu dif-
 cilia.

Ego vero de industria hujusmodi
 fragmenta ex Epistolis Summorum Pon-
 tificum, aliorumque Scriptorum, refero,
 quia scribentium stilus ad mores illius
 ævi pertinet. Quare ex his exemplis
 cognoscere possumus, quis genius, quod
 judicium illorum fuerit, qui maximi mo-
 menti negotia ita tractabant.

Hanc Epistolam Papa Anagniæ de-
 dit, quo mense Junio diverterat, ut aerem,
 in urbe Roma per aestivos calores infa-
 lubrem, fugeret. Interea Romæ homo
 quidem, sortis privatæ, Vicarium Papæ
vit. Greg. se mentitus (sed Papa inscio, & eum qui-
ep. Ruin. busdam Romanis subornantibus) in por-
n. 24. ticu, quæ S. Petri Basilicam cingit, ver-
Ric. S. Ger. sabatur. Hic omnes, Cruce signatos,
 quicunque peterent, ab edito voto, ac-
 cepta

diffan-
totius
is, cui
ra, &
niniz
i inter
edenti
n C.
od ma-
inistra
at My.
quam
diffa-
smodi
n Pon-
efero,
s illus
emplis
, quod
i mo-
æ de-
erem,
infa-
homo
Pap-
n qui-
n por-
, ver-
natos
o, ac-
cepta
cepta pecunia, absolvebat. Verum Sæcul. XIII.
cum hujus rei certior factus esset Pon. A. C. 1227.
tifex, re ad Senatorem Romanum de-
lata, veterator, pro merito pœnas
dedit.

Mense Augusto hæc agebantur, quo
Fridericus cum Imperatrice conjugé sua
Hydruntum profectus, ibidem ea relicta,
Brundusium venit, quo universus exer-
citus confluxerat, & classis, qua devehe-
re, in anchoris stabat. Sed ecce! fu-
nesta lues, in gregarios milites Duces-
que grassata, haud modicam eorum par-
tem abstulit. Nihilominus Imperator
ad navigationem se comparabat cum re-
liquis, atque eo animo ad Festum Nati-
vitatis Beatae Virginis, die octava Se-
ptembris, Hydruntum rediit, ubi, dum
aliquamdiu commoratur, obiit Ludovi-
cus Landgravius Thuringiæ, inter Cru-
ce signatos Germanos potentissimus, re-
linquens viduam uxorem suam, Elisabe-
tham, Andreæ Regis Hungariæ filiam,
haud plus viginti annos natam, jam tunc
variarum virtutum splendore coruscantem.
Sed & ipse Fridericus Impera-
tor, Hydrunti morbo correptus, hoc
anno in Terram sanctam non trans-
misit.

§. XXXVII.

Hist. Ecclesiast. Tom. XIX.

D d d